

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCI. [De legum diuersitate, in sex articulos diuisa.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QV AEST. XC.

obligantur ad legem obseruandam, in quantum in eorum notitiam deuenit per alios, uel deuenire potest promulgatione facta.

A D TERTIV M Dicendum, quod promulgatio praesens in futurum extenditur per firmitatem Scripturae, quae quodammodo semper eam promulgat. C. 10. parum & princ. **E*** Ilidorus dicit in 2. Etymologiarum, quod lex a legendo uocata est, quia scripta est.

¶ Super questionis nonagesimae prime artis culum primum.

IN articulo primo quæ nonagesima prima nihil aliud notwithstanding occurrit, nisi quod ipsa prouidentia Dei, qua est ratio gubernationis rerum, pro quanto est mensura, & regula obligatoria rerum oium in suis actus, & fines ad finem ultimum, legis rationem induit, quis legi subiecta non eodem modo ab illa regulerunt, & obligantur: dum alia rationabiliter, ut intellectu habentia naturaliter, ut intellectu caritatis subdantur.

QV AESTIO XC I.

De legum diversitate, in sex articulos divisâ.

E IN DE considerandum est de diversitate legum. Et circa hoc queruntur sex.

¶ Primò, Vtrum sit aliqua lex æterna.

¶ Secundò, Vtrum sit aliqua lex naturalis.

¶ Tertiò, vtrum sit aliqua lex humana.

¶ Quartò, Vtrum sit aliqua lex diuina.

¶ Quintò, Vtrum sit una tantum vel plures.

¶ Sextò, Vtrum sit aliqua lex peccati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sit aliqua lex æterna.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non sit aliqua lex æterna. Omnis enim lex aliquibus imponitur: sed non fuit ab æterno, cui aliqua lex posset imponi, solus enim Deus fuit ab æterno, ergo nulla lex est æterna.

¶ 2 Præte. Promulgatio est de ratione legis; sed promulgatio non potuit esse ab æterno, quia non erat ab æterno, cui promulgaretur. ergo nulla lex potest esse æterna.

¶ 3 Præte. Lex importat ordinem ad finem, sed nihil est æternum quod ordinetur ad finem, solus enim ultimus finis est æternus. ergo nulla lex est æterna.

SED CONTRA est, quod * August. dicit in 1. de lib. arb. Lex, quæ summa ratio nominatur, non potest cuiquam intelligenti non incommutabilis, æternaque uideri.

RESPON. Dicendum, quod sicut* supra dictum est, nihil est aliud lex, quam dictamen practicae rationis in principe, qui gubernat aliquam communitem perfectam. Manifestum est autem, supposito quod mundus diuina prouidentia regat, ut in i.* habitum est, quod tota cœitas. In uerbi gubernatur ratione diuina: & id, o ipsa rō gubernationsi rerum in Deo, si cutin principe universtatis existens, legis habet rationem. Et quia diuina rō nihil concipit ex tempore, sed habet æternum conceptum, ut d' Prouer. 8. inde est, quod huiusmodi legem oportet dicere æternam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quæ ea quæ in seipsis non sunt, apud Deum ex istunt, in quantum sunt ab ipso cognita & præordinata, f'm illud Roma. 4. Qui uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, sic igitur æternus diuine legis conceptus habet rationem legis æternæ, secundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso præcognitarum.

ARTIC. I. ET II.

F AD SECUNDVM dicendum, quod promulgatio & uerbo, & scripto, & utroque modo lex extenderetur promulgationem ex parte Dei promulgatis. & Verbum diuinum est æternum, & Scriptura uite est æterna; sed ex parte creaturæ audientis, quæ non potest esse promulgatio æterna.

AD TERTIVM dicendum, quod lex importat nem ad finem actiue, in quantum, scilicet per eam dinantur aliqua in finem: non autem passim debet ipsa lex ordinetur ad finem, nisi per accidens in genitane, cuius finis est extra ipsum, ad quem etiam esse est ut lex eius ordinetur: sed finis diuine generationis est ipse Deus, nec eius lex est aliud ab ipso delecta æterna non ordinatur in alium finem.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit in nobis aliqua lex naturalis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod non sit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficienter enim homo gubernatur per legem æternam. Dicit enim * Aug. in 1. de lib. arb. quod lex æterna est, quia istum est ut oia sint ordinatissima: sed natura nō absit in superfluis, sicut nec deficit in necessariis. ergo nō est homini aliqua lex naturalis.

¶ 2 Præte. Per legem ordinatur homo in suis actibus ad finem, ut si su præ habitat est: sed ordinatur in manorum actuum ad finem non est per naturam, sicut accidit in creaturis irrationalibus, quæ solo appetitu naturali agunt propter finem: sed agit homo propter finem per rationem, & voluntatem. ergo nō est aliqua lex homini naturalis.

¶ 3 Præte. Quanto aliquis est liberius, tanto minus est sub lege: sed homo est liberius oibus alijs animalibus habet. cu igitur alia anima lia non subdatur legi naturali, nec homo alicui legi naturali subdet.

SED CONTRA est, quod Rom. 2. super illud, Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. dicit * glo. quod si non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, quæ quilibet intelligit, & sibi consensit quid sit bonum, & quid malum.

RESPON. Dicendum, quæ sicut* iu præ dictum est, lex cu sit regula & mensura, duplice pot est in aliquo uno modo, sicut in regulata & mensurata: alio modo, sicut in regulato & mensurato: quia in quantum participat aliqd de regula, uel mensura, sic regulatur, uel mensuratur. Vnde cum omnia diuinæ prouidentiae subduntur, alegat aegulatur & mensurentur, ut ex * dictis patet, istum est, quæ oia participant aliquatenus legem in quantum. lex impressione eius habet inclinationem proprios actus, & fines. Inter certa autem rationes excellentiori quodam modo diuinæ prouidentiae iacet, in quantum & ipsa fit prouidentia.

si nō ipsi, & alii prouidens. Vnde & in ipsa participatur ex eterna, per quam habet naturalem inclinationem ratione auctum, & finem. Et talis participatio legis aeternae in rationali creatura, lex naturalis dicitur. undecim Psal. 4. dixit: Sacrificare sacrificium iustitiae. quasi quibusdam querentibus, quae sunt iustitiae opera subiungit: Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? cui questioni respondens dicit: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum, & quid malum, quod pertinet ad naturalem legem, nihil aliud si quam impressio diuini luminis in nobis. unde patet, quod lex naturalis nihil aliud est, quam participatio legis aeternae in rationali creatura.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si lex naturalis esset aliquid diuersum a lege aeterna, non autem est nisi quedam participatio eius, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnis operatio rationis, & voluntatis deriuatur in nobis ab eo quod est secundum naturam, ut supra habitatum est. Nam omnis ratiocinatio deriuatur a principiis naturaliter notis: & omnis appetitus eorum que sunt ad finem, deriuatur a naturali appetitu ultimi finis; & sic etiam oportet quod prima directio auctuum nostrorum ad finem, fiat per legem naturalem.

AD TERTIUM dicendum, qd animalia irrationalia participant rationem aeternam suo modo, si et rationalis creatura: sed quia rationalis creatura participat in intellectu, & rationaliter, ideo participatio legis aeternae in creatura rationali propriis lexi vocatur. nam lex est aliquid rationis, ut supra dictum est. in creatura autem irrationali non participatur rationaliter, unde non potest dici lex, nisi per similitudinem.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliqua lex humana.

AD TERTIUM sic procedit. Videtur quod non sit aliqua lex humana. Lex enim naturalis est participatio legis aeternae, ut supra dictum est; sed per lege aeternam omnia sunt ordinatisima, ut † Augustus dicit in primo de lib. arb. ergo lex naturalis sufficit ad omnia humana ordinanda. non est ergo necessarium quod sit aliqua lex humana.

¶ 2 Præt. Lex habet rationem mensuræ, ut supra dictum est; sed ratio humana non est mensura rerum, sed potius conuersio, ut in decimo † Metaphys. dicitur. ergo ratione humana nulla lex procedere potest.

¶ 3 Præt. Mensura debet esse certissima, ut dicitur in 10. metaphys. sed dictamen humana rationis de rebus gredendi certissimum, sicut illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timide, & incerte prouidentia nostræ. ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

SED CONTRA est, quod † Aug. in primo de lib. ar.

ponit duas leges, unam aeternam: & aliam temporalem, quam dicit esse humanam.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod sicut supra dictum est, lex est quoddam dictamen practicæ rationis. Similis aut processus esse inuenitur rationis practice, & speculationi; utraque enim ex quibusdam principiis ad quoddam conclusiones procedit, ut superius habitum est. Secundum hoc ergo dicendum est, quod sicut in ratione speculativa ex principiis indemonstrabilibus naturaliter cognitis producitur conclusiones diuersarum scientiarum, quarum cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriam rationis inuenita: ita etiam ex preceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principijs communibus & indemonstrabilibus, necesse

se est quod ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter disponenda, & ista particulares dispositions adiuvent secundum rationem humanam dicuntur leges humanæ obseruatis alii s conditioni bus, quæ pertainent ad rationem legis, ut supra dictum est. Vnde* Tullius dicit in sua Rhet. quod iniuriariis est a natura profectum, deinde quedam in consuetudine ex utilitate rationis uenerunt, postea res a natura profectas, & a consuetudine probatas, legum metus, & religio sanxit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio humana non potest participare ad plenum dictamen rationis diuinæ, sed suo modo & imperfecte. Et ideo sicut ex parte rationis speculativa per naturalē participationem diuinæ sapientiae inest nobis cognitio quorundam communium principiorum, non autem cuiuslibet ueritatis propria cognitio, sicut in diuinâ sapientia continetur, ita etiam ex parte rationis practicæ naturaliter homo participat legem aeternam secundum quedam communia principia, non autem secundum particulares directiones singulorum, quæ tamen in aeterna lege continentur, & ideo necessarie est ulterius, quod ratio humana procedat ad particulares quoddam legum sanctiones.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio humana secundum se non est regularis rerum, sed principia ei naturaliter indita, sunt regulæ quoddam generales, & mensuræ omnium eorum quæ sunt per hominem agenda, quorum ratio naturalis est regula, & mensura, licet non sit mensura eorum, quæ sunt a natura.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio practica est circa operabilia, quæ sunt singulare, & contingentes, non autem circa necessaria, sicut ratio speculativa, & ideo leges humanæ non possunt illam infallibiliter habere, quam habent conclusiones demostriatae scientiarum. Nec oportet, qd omnis mensura sit omnimodo infallibilis, & certa, sed secundum quod est possibile in genere suo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam.

AD QUARTVM sic procedit. Videtur quod non fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam, quia, ut supra dictum est, lex naturalis est quedam participatio legis aeternae in nobis, sed lex aeterna est lex diuina, ut supra dictum est. ergo non oportet quod propter legem naturalem, & leges humanas abeade riuitas, sit aliqua alia lex diuina.

¶ 2 Præt. Eccl. 15. dicitur, quod Deus dimisit hominem in manu consilii sui, consilium autem est ad rationis, ut supra dictum est. ergo homo dimisitus est gubernationi sua rationis, sed dictamen rationis humana est lex humana, ut supra dictum est. ergo non oportet quod homo alia legem diuinam gubernetur.

¶ 3 Præt. Natura humana est sufficientior irrationalibus creaturis, sed irrationales creature non habent aliquam legem diuinam praeter inclinationem naturali, eis inditam. ergo multo minus creature rationalis debet habere aliquam legem diuinam praeter naturalem legem.

SED CONTRA est, quod David expetit legem a Deo sibi ponì, dicens 117. Psalm. Legem pone mihi, Domine, in via iustificationum tuarum.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod propter legem naturalē, & legem humanam, necessarium fuit ad directionem humanę uitę habere legem diuinam, & hoc propter quatuor rationes.

q. præc. per
coram.
Dullus li. 2.
de inventio
fol. 4. ante fi
nem lib.

rationes. Primo quidem, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad ultimum finem. & siquidem homo ordinaretur tantum ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oportet quod homo haberet aliquid directium ex parte rationis supra legem naturalem, & legem humanitatis positam, qua ab aeternitate divinatur, sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis aeterna, quae excedit proportionem naturalis facultatis humanae, ut * supra habitum est, ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem, & humanam dirigeretur etiam ad suum finem legem diuinatus data. Secundo, quia propter certitudinem humani iudicii, precipue de rebus contingentibus, & particularibus, contingit de actibus humanis divergunt, esse diversa iudicia, ex quibus etiam diversae & contraria leges procedunt. Ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendum, & quid uirandum, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem diuinitatem, de qua constat, quod non potest errare. Tertio, quia de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare; iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus, qui apparent, & tamen ad perfectionem uirtutis requiritur, quod in utrisque actibus homo rectus existat: & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus, sed ne necessarium fuit, quod ad hoc superueniret lex diuina. Quarto, quia sicut* Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex humana non potest omnia, quae male fiunt, punire, vel prohibere, quia dum auferre uellet omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tollerentur, & impeditur utilitas boni communis, quod est necessarium ad conuersationem humana. Ut ergo nul lum malum improhibitum, & impunitum remaneat, necessarium fuit superuenire legem diuinam, per quam omnia peccata prohibentur. Et iste quatuor causae tanguntur in Psal. 18. ubi dicitur. Lx dñi immaculata, id est, nullam peccati turpitudinem permittens: Conuertens animas, quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigit. Testimonium dñi fidele, propter certitudinem ueritatis, & rectitudinis. Sapientiam praestans parvulis, in quantum ordinat hominem ad supernaturalem finem, & diuinum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per naturalem legem participatur lex aeterna secundum proportionem capacitatris humanae naturae, sed oportet ut altiori modo dirigatur homo in ultimum finem supernaturalem, & ideo superadditur lex diuinus, data, per quam lex aeterna participatur altiori modo.

AD SECUNDUM dicendum, quod consilium est inquisitio quedam, unde oportet quod procedat ex aliis principiis. Nec sufficit, quod procedat ex principiis naturaliter inditis, quod sunt praecepta legis naturae propter praecepta, sed oportet quod superaddantur quedam alia principia. I.e. praecepta legis diuinae.

AD TERTIUM dicendum, quod creature irrationalibus non ordinatur ad altior finem, quod sit finis quod est proportionatum naturali uirtuti ipsarum: & ideo non est similius ratione.

* Super quae stionis
9. articulum quin
tum.

Inf. q. 107. 2.
1. Et Ga. 3.
1. e. 2.

In articulo 5. sicut
nec in quarto ni
hil occurrit scriben
dam in questione. si
quidem 107. in
ferius pacibunt si

ARTICVLVS V.

Vtrum lex diuina sit una tantum.

AD QVINTVM sic procedit. A Videretur, quod lex diuina sit una tantum. Vnius n. regis in uno regno est una lex, sed to

tum humanum genus comparatur Deum, sicut ad unum regem, secundum illud Psalm. 46. Rex omnis terra Deus est, ergo est una tantum lex diuina.

* 2 Præter. Lex omnis ordinatur ad finem, quem legislator intendit in eis, quibus legem fert: sed unum & idem est, quod Deus intendit in omnibus hominibus, secundum illud 1. ad Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. ergo una tantum est lex diuina.

* 3 Præter. Lex diuina propinquior esse uidetur aeternae quae est una, quam lex naturalis, quam major est reuelatio gratie, quam cognitio naturalis lex naturalis est una omnium hominum. ergo magis lex diuina.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebreos 9. Translatio sacerdotio, necesse est ut legis translatio: sed sacerdotium est duplex, ut ibidem dicitur scilicet sacerdotium Leuiticum, & sacerdotium Christi. ergo etiam duplex est lex diuina, scilicet uetus, & lex noua.

RESPON. Dicendum, quod sicut in * primo est, distinctio est causa numeri. Dupliciter autem numeri inveniuntur aliqua distinguuntur. Vno modo, sicut ea que in omnino specie diueria, ut equus & bos. Alter modo, sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, sicut puer & uir: & hoc modo lex diuina distinguuntur in legem ueterem, & legem nouam. I. de Apostolo. ad Galat. 3. comparat statum ueteris statui puerili existenti sub paedagogo: statum in noua legi comparat statui uiri perfecti, qui iam est sub paedagogo. Attenditur autem perfectio imperfectio legis secundum tria, quae ad legem pertinent, ut * supra dictum est. Primo enim ad legem pertinet, ut ordinetur ad bonum communem ad finem, ut * supra dictum est: quod quidem est duplex. I.e. bonum sensibile, & terrenum & bonum ordinabat directe lex veteris. unde statim in principio legis inuitatur populus ad regnum Chananaeorum. Et iterum bonum intelligit & celeste; & ad hoc ordinat lex noua. Vnde tu Christus ad regnum celorum in sue predicatione principio inuitauit dicens. Penitentiam agite, apostoli quabit enim regnum celorum. Matt. 4. & ideo dicitur * dicit in 4. contra Faustum, quod temporalium promises in testamento ueteri continuerunt, & uetus appellatur: sed aeternae vita promissio ad legem pertinet testamentum. Secundo, ad legem pertinet rigere humanos actus secundum ordinem naturae, quo etiam superabundat lex noua legi veteri, immo res actus animi ordinatur, secundum illud Marc. 10. Nisi abundauerit iustitia uestra pluquam Scribae & Pharisæorum, non intrabis in regnum celorum. & ideo dicitur, quod lex uetus cohibet manus in animo. Tertio, ad legem pertinet inducere homines ad obseruantias mandatorum, & non quidem uetus faciebat timo reperiarum; lex autem noua hoc per amorem, qui in cordibus nostris infusa per gratiam Christi, quae in lege noua conferitur, in lege ueteri figurabatur: & ideo dicitur Aug. ad Adamantium Manichei discipulum, quod brevementer est legis & Euangelii, timor & amor.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod semper familias in domo alia mandata proponit parentes adulstis: ita etiam unus rex Deus in uno suo regno.

legem dedit hominibus adhuc imperfectis existenti bus, & aliam perfectiorem iam manuductis per priorem legem ad maiorem capacitatem diuinorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod salus hominum non poterat esse nisi per Christum illud Actuum. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, & ideo lex perfecte omnes ad salutem inducens, dari non potuit nisi post Christi aduentum: antea uero dari oportuit populo, ex quo Christus erat nasciturus, legem preparatoriam ad Christi susceptionem, in qua quedam rudimenta salutaris iustitiae continentur.

AD TERTIVM dicendum, quod lex naturalis dirigit hominem secundum quedam praecpta communia, in quibus conueniunt tam perfecti, quam imperfeci, & ideo est una omnium. Sed lex diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quae non similiter se habent perfecti & imperfeci: & ideo oportuit legem diuinam esse duplicem, sicut iam dictum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2.Ethym. t. quod lex ratione consistit: fomes autem non consistit in ratione, sed magis a ratione deuiat. ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 2. Præt. Omnis lex obligatoria est, ita quod qui ea non seruant, transgressores dicuntur: sed fomes non constituit aliquem transgressor ex hoc, quod ipsum sequitur, sed magis transgressor redditur, si quis ipsum sequatur. ergo fomes non habet rōnē legis.

¶ 3. Præt. Lex ordinatur ad bonum cōmune, ut supra habitum est: sed fomes non inclinat ad bonum commune, sed magis ad bonum priuatum. ergo fomes non habet rationem legis.

SED CONTRA est, qd. Apost. dicit R. 7. Video legēlā in mēbris meis, repugnante legi mētis mee.

RESPON. dicendum, qd. sicut supra dictum est, Lex essentia litera invenitur in regulante & mensurā

ut sic quodammodo bestiis assimiletur, que sensualitatis imperio feruntur, secundum illud P̄sal.48. Hōcum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in aliis quidem animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamen modo, quo in talibus lex dici potest secundum directam inclinationem legis. In hominibus autem secundum hoc non habet rōnē legis, sed magis est deriuatio a lege rationis: sed in quantum per diuinam iustitiam homo destitutus originali iustitia, & uigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum dicit, habet rōnē legis in quantum est penalē & ex lege dictina, consequens hominem destitutum propria dignitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd. ratio illa procedit de fomite secundum se considerato, prout inclinat ad malum: sic enim non habet rationem legis, ut dictum est, sed secundum quod sequitur ex diuine legis iustitia; tanquam si diceretur lex esse, quod aliquis nobilis propter suam culpam ad seruilia operari induci permitteretur.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de eo quod est lex quasi regula & mesura; sic n. deuiantes a lege transgressores constituuntur. sic autem fomes non est lex, sed per quandam participationē, ut supra dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autem quantum ad suam originem: & tamen si consideretur inclinationis sensualitatis prout est in aliis animalibus, sic ordinatur ad bonum commune, id est, ad conservationem naturę in specie, uel individuo. & hoc est etiam in homine, prout sensualitas subditur rōnē; sed fomes dicitur, secundum quod exit rationis ordinem.

QV AESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos dividisa.

¶ Super questionis 92. articulum pri-
mum.

DE INDE considerandum est de effectibus legis.

ET CIRCA hoc queruntur duo.

¶ Primo, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.

¶ Secundo, Vtrum effectus legis sit imperare, uetare, permettere, & punire, sicut legislperitus dicit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

AD PRIMVM sic proceditur. Vi detur, quod legis effectus non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per uitatem. Virtus enim est, quæ bonum facit habentem, ut dicitur in 2.Ethi. sed virtus est homini a solo Deo. ipse enim eam facit in nobis sine nobis, ut supra dictū est in distinctione virtutis. ergo legis non est homines facere bonos.

¶ 2. Præt. Lex non prodest homini

In arti. I. quæst. 92. dubium occurrit circa rationē ex eo, quod aut falsum affumit, aut intentum nō infert. Propositio namque fundans rationē litera est ita, Vir⁹ cuiuslibet subdit⁹ est, ut bene subiicitur principanti. hæc autem propositio aut intelligitur formaliter de subdit⁹, in quantum subdit⁹, aut materialiter de eo qui est subdit⁹. Si formaliter, propositio est uera: sed non infert, nisi quod lex facit subdit⁹, in quantum subdit⁹, bonos: hoc autem non est facere homines bonos, qd. sicut aliud est esse hominem, & aliud esse subdit⁹: ita alia est bonitas hominis, & alia est bonitas subdit⁹. & tamen titulus articuli querit, an sit legis facere homines bonos:

nos: .